



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XVIII. Deus impium afficit mala infœlicique morte corporis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

CAPVT XVIII.

*Deus impium afficit mala infelicique
morte corporis.*

Mors corporis, parca crude-
lis, homini à natura coge-
nita non est, sed peccati primi in
Deum commissi, nefarij scilicet
patris, infœlix filia. Ita enim pri-
mo homini dictum est: *In qua-*
cunq; die comederis, morte morieris.
Habetur, & illud in scriptura di-
uina: *Inuidiâ Diaboli mors intrauit in*
orbem terrarum. Et hoc: Per unum
hominem peccatum intrauit in mun-
dum, & per peccatum mors, & ita in
omnes homines mors pertransiit, in quo
omnes peccauerunt. Mors hæc in-
busdâ, pijs scilicet, bona & fœlix
est; in alijs, impijs nimirum, mala
& infœlix esse solet. Mala & in-
fœlix multis varijsq; modis esse
consuevit; quædam enim violen-
ta est, non naturalis. De hac illud
in

Gen. 2. 17.

Sap. 2. 24.

Rom. 5. 12.

Pf. 72. 18.

in S. li
propter
dum a
qui elon
disti or
Et :
buntur
quæ
sunt,
duntur
cense
ri eni
Corio
Dath
flam
alijs
perie
Mor
nim
beat
gius
horas
ritur
secu

in S. litteris habetur: Veruntamen
 propter dolos posuisti eos, deiecisti eos
 dum alienarentur. Et: Quia ecce ^{II.27.}
 qui elongant se à te, peribunt: perdi-
 disti omnes, qui fornicantur abs te.
 Et: Qui malignantur extermina- ^{ps.36.9.}
 buntur. Exempla diuinæ iustitiæ,
 quæ pauore & honore plena
 sunt, & in diuina scriptura pro-
 duntur, inq; vulgus nota sunt re-
 censere animus non est. Innume-
 ri enim præter diluuiò deletos,
 Coricas, Sodomitas, & asseclas
 Dathan & Abyron, vel ferro, vel
 flammis, vel aquis, vel fame, vel
 aliis modis, ob nefanda peccat.
 perierunt, & quotidie pereunt.
 Mors alia abbreviata est; licet e-
 nim Deus ab æterno mensuratos ha-
 beat vniuscuiusq; apud se annos, vt re- ^{ps.38.6.}
 gius Proph. ait, imò & menses, dies,
 horas, & momēta, in quib⁹ quisq; mo-
 riturus sit, præteririq; etiã non possint,
 secundum Iob; decreto tamen ^{C.14.5.}

fuo diuino, nonnullis dies, quibus supra terram, iuxta naturalem suam inclinationem, viuere poterant, vel abbreviat, vel producit & prorogat, impiis tamen quibusdam abbreviat, statoque adeo tempore non moriuntur.

Pf. 54. 24.

De his illud est: *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Et hoc: *Dum adhuc ordiret succidit me,* longas scilicet telas vitæ.

Nonnulla est mors cita omnino, & inexpectata. Id indicat Iob,

Cap. 15. 30.

de quodam enim impio Tyranno loquens, tale de eo iudicium

Cap. 21. 13.

tulit: *Auferetur spiritus oris sui,* id est, morietur sospes beneque valens, adeoque repente. In puncto, ait idem, ad inferna descendunt;

Eccli. 41. 1.

Amara item quædam est mors, de qua Sapiens sic loquitur: *O mors quàm amara est memoria sua homini pacem habenti in substantia sua.* Mors tandem aliqua est, quam

quam
fima
impiu
tendu
Dei sp
Diabo
quo p

Peccato
jud

M

vt Poe
morta
cet, in
suffici
alia p
thanæ
ram, n
est pri
cium,
comm
tiam,
nimè

quam mors secunda excipit, pef- *ps. 33. 22.*
 fima scilicet, in inferno, quando *ps. 141. 8.*
 impius non moritur ad confi-
 tendum Domino, nec in manus
 Dei spiritum commendat, sed
 Diaboli, cui in vita seruiuit, & à
 quo præmium quoque accipit.

CAPVT XIX.

*Peccator, exacta hac vita, particulare
 iudicium durum subire debet.*

Miseriarum & calamitatum
 plaustra, quæ nõ Pandora,
 vt Poetæ finxerunt, sed peccatũ
 mortale vt scriptura diuina do-
 cet, in hãc vitã inuexit, hominẽ
 sufficienter nõ castigãt, horrẽdã
 aliã pœnã eum post mortem Sa-
 thanã filiam, crudelemq; Megã-
 ram, manent. In ijs est primũ
 est priuatum particulareq; iudi-
 cium, in quo, juxta D. Paulũ, & 2. Cor. 3. 10.
 comunẽ Orthodoxorũ sentẽ-
 tiam, & sensum cõsensumq; vna-
 nimẽ omniũ fideiũ, peccator so-

R s lus,